

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7428

Autre(s) référence(s) : Round 1023

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Le Mans, Saint-Julien (cathédrale)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1182-1189]

Lieu d'émission : Le Mans

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation d'un accord conclu entre le chapitre de Saint-Julien du Mans et Guillaume de Coimes au sujet de l'église « de Uncinis ».

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Lottin René Jean François (abbé), *Chartularium insignis ecclesiae cenomannensis quod dicitur liber albus capituli*, Le Mans, E. Monnoyer, 1869, p. 72, n° 128 ; p. 306, n° 495.
- b. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DCCXLIX, t. 2, p. 391-392.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 1023.

Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 2, p. 391. Souscription de Guillaume, évêque d'Avranches depuis 1182.

Texte établi d'après b

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, senescallis, prepositis et omnibus ballivis et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse subscriptam compositionem et finem factum coram me et in presentia Guillelmi, Cenomannensis episcopi, inter capitulum et canonicos ecclesie Beati Juliani Cenomannensis et Guillelmum de Coimes, super ecclesia de Uncinis, cujus ecclesie jus et patronatum et duas partes primiciarum et oblacionum et tertiam partem decime, que pater prefati Guillelmi habebat in eadem ecclesia, idem pater suus dimiserat in manu prenominati Guillelmi, Cenomannensis episcopi, et que ipse episcopus dederat capitulo

Cenomannensi sicut in autentico scripto ejusdem episcopi continetur, videlicet quod jamdictus Guillelmus tandem respiciens, cum ob calumpniam quam injuste opponebat diu teneretur excommunicationi subjectus, in festo beati Juliani venit in ecclesiam Beati Juliani Cenomannensis, et in presencia mea et memorati episcopi recognovit patrem suum predictam donationem fecisse, et se et fratres suos, scilicet Fulconem et Hugonem, Matheum, Gervasium, Amauricum, Bartholomeum, Drogonem, eam ratam habuisse et concessisse se illud perpetuo servaturos, et ibidem eandem donationem innovavit, et super altare beati Juliani se eam juravit perpetuo servaturum, et quod heredes suos idem donum pro posse suo faceret observare, et sic a sententia qua tenebatur astrictus meruit relevari, secundum quod scriptum supradicti episcopi testatur. Quare volo et firmiter precipio quod hec compositio et hic finis inter eos factus stabilis sit et firmiter inconcusse inter eos in perpetuum teneatur. Et si sepe dictus Guillelmus de Coimis vel heredes ejus vel aliquis alius turbare attemptaret predictam possessionem capituli et canonicorum Beati Juliani Cenomannensis, vos inde eis pacem habere faciatis, non permittentes eis ullam inde inquietationem vel vexationem aut gravamen fieri.

Testibus : Willelmo Abrincensi episcopo, Gaufrido filio et cancellario meo, comite Willelmo de Mannevilla, Stephano de Turonis senescallo Andegavie, Petro Filio Guidonis, Radulfo Filio Stephani camerario et Eustachio fratre suo, Guillelmo de Ostilleio, et Durando de Ostilleio camerario.

Apud Cenomannis.